



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XLVI. Reclamatio Episcopi Barcinonensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

X I.

Ibid. 106. Volumus ut secundum Capitulare avi & patris nostri, in comitatu omni hi qui meliores & veraciores inveniri possunt, elegantur a Missis nostris ad inquisitionem faciandam & rei veritatem discendam, & ut adjutores Comitut sint ad iusticias faciendas.

X II.

IV. 18. Volumus ut secundum capitula avi & patris nostri & nostra mallus neque in Ecclesia neque in porticibus aut atrio Ecclesie neque in mansione Presbyteri juxta Ecclesiam habeatur: quia non est æquum

ut ibi homines ad mortem judicentur & dismembrantur & flagellentur ubi si con-fugerint, secundum aliud capitulum pa-Suprà tit-cem habere debent. Domus verò, sicut XI. c. 7. in Capitulis avi & patris nostri continetur, Lib. IV. à Comite in loco ubi mallum tenere debet Capitular. c. 18. construatur, quatenus propter calorem solis & pluviam publica utilitas non remaneat. Minora verò placita Comes, sive intra suam potestatem, vel ubi imperare potuerit, excepto in Ecclesia, & portici-bus, atque atrio Ecclesie, & mansione Presbyteri, habeat, sicut in eisdem capi-tulis continetur.

TITVLVS XLVI.

Reclamatio Episcopi Barcinonensis apud Attiniacum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXIV.
hæc quæ sequuntur capitula Dominus Rex Karolus in Attiniaco
Kalend. Iulij statuit.

CAP. I.

E Piscopus Barcinonensis se reclamavit quod Tyrus Presbyter Cordubensis in Ecclesia intra muros ipsius civitatis sita scorium conventus agens, penè duas partes ex decima ipsius civitatis sibi usurpar, & sine illius licentia Missas & baptisteria in eadem civitate præsumit celebrare, & convocatos ab Episcopo ad matrem Ecclesiam, etiam in solemnitatibus Pascha ac nativitatis Domini, ad se revocat, atque contempto Episcopo eis communio-nem largitur. Vnde lacrum Nicænum Concilium dicit: *Quicunque temerè ac periculose, neque timorem Dei pœ oculis habentes, nec agnoscentes Ecclesiæ regulam, discedunt ab Ecclesia Presbyteri aut Diaconi vel quicunque sub regula prœfusa existant, hi nequamque debent in aliam Ecclesiam recipi; sed omnem necessitatem convenient illis imponi ut ad suas parochias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari.* Hoc de Tyrfo, qui irregulariter à sua ci-vitate discessit, decretem est. Ceterum de ipso & de aliis contemptoribus Antio-chenum Concilium dicit: *Si quis Presby-ter aut Diaconus Episcopum proprium con-*

*tinnens se ab Ecclesia sequestravit, & seorsum colligens altare constituit, & commonevit Episcopo non adquieverit, nec consentire vel obediens voluerit semel & iterum convocanti, hic damnatur omnimodo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare perfidè, tanquam seditionis per potestates exteriores opprimatur. Hinc etiam Africae provinciae canones decreverunt. Sed tantum hoc capitulum de Antiocheno Concilio posuisse sufficiat. De basilicis Aurel. t. autem & decimis sacri canones decreve-runt ut omnes basilicas, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie con-struuntur, secundum priorum canonum regulam in ejus Episcopi, in cuius terri-toio posite sunt, potestate constulant. Et sanctus Gelasius in decretis suis: *Quatuor, cap. 27. inquit, tam de reditu quam de oblatione fi-delium, prout cuiuslibet Ecclesiæ facultas ad-mittit, sicut dudum rationabiliter est decre-tum, convenit fieri portiones: quarum una sit Pontificis, altera Clericorum, pauperum ter-tia, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdote intererit integrum ministris Ecclesiæ memoriam dependere quantitatem, sic clerus ultra delegatam sibi summam nihil**

P. iiij

insolenter noverit expetendum. Ea verò quæ ecclesiasticis edificiis adtributa sunt, huic operi veraciter prorogata locorum doceat insauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris editibus destituis in lacrum suum Presul impendia his designata converiat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen, juxta quod scriptum est, ut videant opera vestra bona & glorificant patrem vestrum qui in celis est, oportet etiam praesenti testificatione predicari, & bone fama praecoris non taceri. Et haec quidem de redditibus illis & oblationibus fidelium decreta sunt quæ specialiter ad Episcopos Ecclesiarum in illis regionibus pertinent quæ non abundant rebus, sed tantum de fidelium decimis ac votis subsistunt. Ceterum de rusticis parochiis, quantum Episcopus in partibus Septimaniae atque Galicie à Presbyteri exigere debeat, Bracarense Concilium capitulo secundo & Toletanum Concilium capitulo quarto demonstrant. De his autem qui contra auctoritatem & Barcinonensis Episcopi voluntatem Tyrsum Presbyterum in Ecclesia Barcinona civitatis retinent, Capitulare Augustorum Domini Karoli & Domni Hludouici decernit hoc modo: *De his qui sine consensu Episcopi Presbyteros in Ecclesiis constituant, vel de Ecclesiis eiciant, vel ab Episcopo vel à quolibet Misso dominico admoniti obedire noleant, ut bannum nostrum revivadi cognantur, & per fidejussiones ad palatium nostrum venire jubeantur: & tunc nos decernamus utrum nobis placeat ut aus illam bannum persolvant, aut aliam harmiscaram sustinent.* Quia verò longum est istos ad presentiam Regis adducere, vel periculorum est longius à marcha eos abducere, Dominus Rex commendabit suo Marchioni qualiter eos disstringat arque castiget. De decimis verò quæ in potestate & dispositione Episcopi esse debent, quas illi à matre Ecclesia abstrahunt, & pro suo libitu alibi donant, idem Capitulare dicit: *Quicunque decimam abstrahit de Ecclesia ad quam per iustitiam debet dari, & eam presumptiose vel propter munera aut amicitudinem vel aliam quamlibet occasionem ad aliam Ecclesiam derit, à Comite vel à Misso nostro disstringatur ut ejusdem decimæ quantitatem cum sua lege restituat.* Et item: *De his qui nonas &*

V. 95.
Add. IV.
25.

V. 276.
Add. IV.
100.166.

decimas jam per malos annos aut ex parte v. 276. aux ex toto dare neglexerunt, volumus ut Add. IV. per Missos nostros confringantur ut secundum^{99-104.} Capitularem priorem solvant unitus anno nonam & decimam cum sua lege, & insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuntietur, quod quicunque hanc negligientiam iteraverit, beneficium unde haec nona & decima persolvit debuit annullatum se stat.

II I.

De hoc quod se reclamavit quoniam castrum Terracinense suæ subditum potestati, factione Baionis, per Presbyteri insolentiam suo resulat ministerio, definitio præfati Antiocheni Concilij sequenda est in causa insolentie Presbyteri. Contra factiōnem autem Baionis sequendum est capitulum Carthaginensis Concilij, quo dicitur: *Vixum est universis ab Imperatoribus concil. A. 4. populi defensores, propter afflictionem pauperum, quorum molestias sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitium cum Episcoporum provisione delegentur. Sequendum est etiam super positum capitulum ex capitulari Augustorum, de his qui sine consensu Episcopi Presbyteros in Ecclesiis suis constituunt, vel de Ecclesiis eiciunt.*

II I.

De hoc quod se reclamavit quia Gothus quidam Madascius fraude atque subreptione per præceptum Ecclesiam sancti Stephani nobilem & antiquam impetravit, ubi, postposito Dei cultu, fœda efficitur conversatio rusticorum. Et similiter Ricosindus Gothus fraude & subreptione agrum sanctæ Eulaliae per præceptum obtinuit. Iussio regia hæc per fideles Missos diligenter ac veraciter inquirere jubeat, & ipsam inquisitionem per fidelium custodiam sub sigillo ad notitiam suam perferri faciat. Et si inventum fuerit quod prædicta Ecclesia sancti Stephani & ager sanctæ Eulaliae à præfatis Gothis per præcepta obtenta sunt, ipsa præcepta secundum legem signentur, & una cum ipsa inquisitione ad presentiam regiam perferantur; ut secundum jura forensia, qui in precibus fuere mentiri, non illis profint quæ impetraverunt, & ibi careant ipso scriptorum beneficio quod perducentur rescripta, & regia magnificentia recipiat quod est sui juris Barcinonensis Ecclesia.

